



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De ingenuo qui ingenuam acceperit vxorem, & postea se seruum fecerit.
lxxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

stinum dicentem : Cùm enim vir à virtute nomen accepit,
& mulier à mollicie, id est, fragilitate, quare contra crue-
lissimam libidinis bestiam vult vnusquisque vxorem suam esse
victtricem, cùm ipse ad primum libidinis incitum victus cadat.
Nam quicquid contra fidem catholicam non licet mulieribus
nec viris licebit. Si autem eandem mulier timore per-
territa, à loco vbi eam episcopus destinauit aufugerit, &
vir eius ab episcopo semel, aut bis, vel sæpius repetierit, &
vitam ei obtinere possit, perquirat, & reddat : sin autem, con-
nino nõ reddat. Maritus verò quàm diu ipsa viuat, nullo mo-
do alteram ducat.

De eo si quis cum vxore alterius viuente eo fornicatus fuerit. Cap. LXXIII.

*Ex cõcil.
apud
Aith. ha-
bito,
prasente
Conrado
rege, c. 5.*

Illud verò communi decreto secundum canonum insti-
tuta definimus & præiudicamus, vt si quis cum vxore alio-
rius, viuente eo fornicatus fuerit, moriente marito syno-
dali iudicio aditus ei claudatur illicitus, ne ulterius ei con-
iungatur matrimonio, quam prius polluit adulterio. Nihil
enim nec Christianæ religioni conuenit, vt vnus de-
cat in coniugium, quam prius polluit per adulterium.

De ingenuo qui ingenuam acceperit vxorem, & postea seruum se fecerit. Cap. LXXV.

*Ex cõcil.
Tribur.
cui inter-
fuit rex
Arnol-
phus, c. 8.*

Perlatum est ad sanctam synodum, quòd quidam ingenu-
am acceperit vxorem, & post filiorum procrea-
tionem occasione diuortij cuiusdam seruum se fecerit, &
trium necessariò mulierem tenere debeat, & si tenuerit, &
trium illa quoque secundum secularem legem seruituti sub-
iici debeat. Iudicatum est vxorem minimè debere dimitti,
non tamen ob Christi legem mulierem in seruitute man-
digi, dum ille non ex consensu coniugis se seruum fecerit,
quem liberum, ipsa, maritum accepit.

De illis coniugatis quorum leges diuersæ sunt. Caput. LXXVI.

*Ex eodẽ
cap. 15.*

DE Francia nobilis quidam homo nobilem de Saxo-
nia Saxonum lege duxit vxorem. Tenuit multis an-
nis, & ex ea filios procreauit. Verùm quia non in eadem
tuntur legibus Saxones & Franci, causatus est quòd
non sua, id est, Francorum lege desponsauerit, vel ac-
ceperit, aut dorauerit : dimissaque illa, duxit alteram.
Definiuit super hoc sancta synodus, vt ille transiret